

Születésének 575. évfordulójára

Janus Pannonius (1434 ó 1472)
Szente Imre fordításai

Ad Justinam (329)

Mel, Justina, meum, mea cara sororcula, quare
 missa remisisti munera nostra tibi?
 Non ideo misi, quo te corrumpere vellem;
 Sit procul a nobis hic, mea vita, furor.
 Sed magis et scires, quam te devotus amarem,
 Vult aliquo nosci pignore castus amor.
 Qualiter offensam valeas pensare, requiris?
 Tu mihi fac mittas, ut nec ego accipiam.

Justinához

Justínám, aranyom, nővérkém, mért utasítod
 vissza, amit néked küldtem, ajándokomat?
 Hisz nem azért küldtem, hogy nagy ravaszul kegyeidbe
 férközzem; távol tőlem e rossz hevület!
 Csak hogy tudd, mily áhitatos-hódolva imádlak,
 tiszta szerelmem akart zálogot adni neked.
 Kérded, e sérelemért mivel engesztelj ki? Talán most
 küldj te nekem valamit, hogy ne fogadjam el én.

De Laelia (132, 133)

Laelia, quid nostram toties petis, improba, linguam?
 Si iuvat, hoc totum, vipera, sorbe caput.

Tam coeunt artis gemini complexibus angues,
 ut duplex uni quis putet esse caput.
 Ast ego sic iungi cupio, mea Laelia, tecum,
 ut mihi diversum nec caput esse velim.

Laeliáról

Laelia, mért falod úgy, rosszféle, a nyelvemet? Inkább
 hogyha megéheztél, kapd be egész fejemet.

Párosodó kígyók egymásba fonódnak egészen,
 mintha csak egy kígyó volna, de két feje van.
 Én úgy vágyom, Laelia, összefonódni tevéled,
 hogy kívülmaradó még a fejem se legyen.

Ad amicam (209)

Hei mihi! tam tarde congressi, tam cito quare
 digredimur? nec fas longius esse simul?
 Hos ego complexus tunc vellem, vita, resolví,
 quercubus implexae cum caderent hederæ.
 Haec ego tunc cuperem disiungi basia, quando
 desereret concham lubrica concha suam.

Consertos utinam Veneris sic vincla catenent,
 haeret ut implicito cum cane nexa canis.

Barátnőjéhez

Jaj, de soká késett e találka! Miért sietünk hát
 válni? Miért hogy nem nyújtjuk a pillanatot?
 Mig a borostyán nem szakad el tölgyétől, a testünk
 kapcsa se oldódjék: így akarom, gyönyörűm.
 S csak ha a nyálkás kagylótest elhagyja a kagylót,
 akkor hagyja mohó ajkam az ajkadat el.
 Bárcsak verne bilincsbe Venus, s úgy tartana fogva,
 mint a beléragadott kankutya lóg a szukán.

De amore suo in Ledam puellam (240)

Flava Cupidineis laesit me Leda sagittis,
 nubere digna Deo, gignere digna deos.
 Haec mihi nescio quas continget capta per artes,
 nam servat clausas Tyndarus ipse fores.
 Si via nulla patet, nisi quam mens alta Tonantis
 commenta est, et me candida pluma tegat.

Szerelme Lédához

Ámor vesszeivel sebzett meg aranyhajú Léda;
 istent érdemel ő, s isteni magzatokat.
 Nem tudom én, mily furfanggal jussak közelébe:
 Tündarosz őrzi a ház zárt kapuját ridegen.
 Úgy teszek én is, ahogy Mennydörgő Zeusz kiötölte:
 hőszinű hattyútoll lepjen el éngemet is.

Qualem optat amicam (268)

Si iaceat mecum laeta et lasciva, licebit
 ne sit bella nimis, neve puella nimis.
 Non tristes facies, non me rudis allicit aetas;
 omnibus his unam plus amo nequitiam.

Milyen szeretőt óhajt?

Pajzánkodva, kacagva öleljen! Bánom is én, ha
nem szépecske nagyon, s nem fiatalka nagyon.
Nem vonz engem a fancsali kép, sem a zsenge gyerekest;
mindennél jobban kell a tüzes szerető.

In Theclam (274)

Dum culta incedis, maior mihi, Thecla, videris,
quam fuit Alcmena, quam fuit Andromache;
stringere cum nudam volui, tunc corpore maius
deplumata tuo noctua corpus habet.

Teklához

Tekla, olyan pompás nagy voltál felpiperézve;
nem volt Alkméné s Andromaché se külön!b!
Ám pőrére levetköztetve csak akkora vagy most,
mint puha tollaitól fosztva az éji bagoly.

De Silvia (172)

„Ex te concipio”, meretrix mihi, Silvia, dicis;
Silvia, non magis hoc dicere, crede, potes,
quam si per spinas incedens, Silvia, densas,
dixeris: „Ista meum laesit iniqua pedem.”

Szilviához

„Tőled lesz gyerekem” – kétes hírű Szilvia, mondd,
olyan alaptalanul, mintha a túske között,
sűrű bozótban járva, „Ím, ettől vérzik a lábam!”
– így szólnál – „ez a rossz, itt van a bajkeverő!”

De amica sua (131)

Certe ego vel Proculo si sim futucentior ipso,
luxuriae possim non satis esse tuae.

Egy mohó szeretőhöz

Volnék bár a híres Proculusnál is bedobósabb,
nagy bujaságodnak az se lehetne elég.

De Ambrosio (244)

Non instrumento grandi, non testibus amplis
in causa quicquam proficit Ambrosius.
Lis sibi cum Thecla est, sed quicquid pondere magno
proferet Ambrosius, nil nisi Thecla negat.

Ambrus és Tekla pere

Súlyos kellékkel s dagadó zacskóval ügyét nem
 vitte dülőre szegény Ambrosius sohasem.
 Máig foly pere Teklával, de akármilyen nyomósságot
 vetne be Ambrosius, Tekla csak egyre tagad.

In Luciam (283)

Dum iuvenes poppysma rogant, tu Lucia, nasum
 inspicies et quantum prominet ille, notas.
 Hoc perpendiculo virgas metire viriles,
 hic tibi pro palmo est scilicet et cubito.
 Si placuit nasus, placet illico mentula amantis,
 nec plus blanditiis addita dona valent
 Nil iam lenone in te opus est, nil arte magistra,
 lenonis vires nasus et artis habet.
 Nec nisi nasatus tecum decumbit adulter,
 ut iam ego fieri rhinocerotus velim.
 Lucia, crede mihi, multum prognostica fallunt,
 in me nam certe regula vana tua est.

Luciához

Férfi ha partira kér, azt nézed, Lucia, milyen
 s mekkora szaglószerű domborul arcközepén.
 Ezzel a nyúlvánnyal méred te a férfiúvesszőt;
 ez szolgál araszul, ez könyökül teneked.
 Tetszik az orra, tehát tetszik fityüldője! Tudod, hogy
 nem csak ajándékkal szerzenek ott örömet.
 Már se kerítő sem furfang nem kell, hogy elérjen:
 mindkettő szerepét átveszi ottan az orr.
 Mert te csak orrossal vagy hajlandó lefeküdni,
 orrszarvú akarok lenni, hogy észrevegyél.
 Hidd el, az ily babonák megcsalnak, Lucia, sokszor;
 csódot mond, legalább nálam e szép logikád.

In adulterum (269)

Cum vicina magis sectere cubilia Crispo,
 Uxorem quare non potes, Arbe, tuam?
 An tibi secundo languet permissa voluptas,
 nec nisi in illicito mentula amore viget?

Egy házasságtörő férjre

Crispus szomszédod feleségét hajszolod, Arbus;
 Van neked is – mért nem látogatod nejedet?
 Untat tán a gyönyör, ha megengedték, s fityüldőd csak
 akkor lesz eleven, hogyha tilosba mehet?

Questio ardua et difficilis (88)

Cur penem cunnus, cur contra mentula cunnum
 appetat, haec vulgo iudice causa facit:
 Cum primos homines uda ex tellure Prometheus
 confixit, geminum non variavit opus,
 membra nec opposuit duplicem dirimentia sexum,
 unde novum posset se reparare genus.
 Mox cum non aliter naturae iura manerent,
 discrevit propriis corpora bina notis.
 Quippe puellari raptam de pectine carnem
 alteriis mediis fixit in inguinibus.
 Inde suam partem semper locus ille requirit,
 inde suum semper pars petit illa locum.

Egy fogas kérdés megfejtése

Mért áhítja a vulva a péniszt, pénisz a vulvát,
 annak okát imígyen tudja a néphagyomány:
 Nedves agyagból gyúrva Prométeusz egykor az embert,
 elhanyagolta a két nembeli változatot;
 megfelelő tagokat sem adott két nemre elosztva,
 fájfönntartásnak eszköze hogy legyenek.
 Majd, hogy a természet törvényén csorba ne essen,
 hangsúlyozottabbá tette a jellegeket;
 mégpedig úgy, hogy a nőtestről leszedett darabokból
 más testekhez adott lábközi hímtagokat.
 Hát az a hely leszakított részét sírja azóta
 vissza, s a rész odavágy régi helyére megint.

In Pindolam (337, 340)

Quid mihi, nescio cur, arrides, Pindola semper?
 Istud non novi, qua ratione facis.
 Nil unquam de te merui bene; nil tibi certe
 ante dedi, sed nec forte deinde dabo.
 Crustula tu nobis tamen et diapasmata donas,
 vel ficos plena castaneasque manu.
 Saepe ultro calamum largiris, saepe papyrum,
 saepe mihi dicis: "Sum tuus, esto meus!"
 Qui reblandiri norunt, blandire Latinis,
 Pindola; dedidici nondum ego barbariem.

O scelus, o facinus! Quare mihi saepe solebas
 Pindola, blandiri, iam scio, iam video.
 Quippe meum, pudet heu! praedicas esse sodalem;
 Nam sic praeceptor nominat illud opus,
 quando incurvati pueri fodit inguine culum

maior, et obscenis turpe tremit natibus.
 Istud idem tu nempе mihi patrare volebas,
 hinc illae illecebrae dona et amititiae!
 Nil tibi nobiscum, nil nobis, pessime, tecum.
 Iam tua sunt etiam munera amara mihi.
 Reddo datos calamos, malesuadas reddo papyros,
 quin et, si possim, poma comesa vomam.
 Vana loquor, nihil ille rubet, nihil improbus horret,
 Mulcet adhuc blanda sed mea colla manu.
 Desinis? aut clamo: succurrite! Pindola nunquam
 dat requiem! Vel sic, o scelerate, fugis.

A homokos Pindolára

Sejtelmem sincs, mit vigyorogsz rám, Pindola, folyton,
 s hogy mi okod s célod van vele, azt se tudom.
 Nem szolgáltam rá kegyeidre, nem adtam eleddig,
 és a jövőben sem célom a bőkezűség.
 Mégis küldöd az illatszert, csemegett s a fűgével
 s gesztenyehalmokkal megpúpozott kosarat.
 Másszor íróttal kedveskedsz vagy papirossal,
 s mondod: „Légy az enyém, mint ahogy én a tiéd!”
 Taljánnak hizelegj, aki érti a visszahizelgést;
 barbárságomat én nem hagyom egyhamar el!

Ó, bűn, ó, iszonyat! Rájöttem, mért hizelegsz úgy,
 Pindola, egyre nekem. Látta saját szemem is.
 Szégyellem, hogy a pajtásodnak hívsz, ha tudom, hogy
 az, mit a mester e szón ért, mi parázna a tett:
 Mint löki szerszámát a nagyobb a kicsiny fenekébe,
 mint hajol ez, míg amaz rázza a ronda farát.
 Ezt a kegyet szántad nekem is, csalogatva barátság
 örve alatt, szép szót adva s ajándokokat.
 Semmi közöd hozzám, gazfickó, látni se bírlak!
 Már keserűséggel tölt adományod is el.
 Visszaadom, nesze, tollaidat szennyes papiroddal;
 bár kiokádhatnám még a gyümölcsöket is!
 Nem pirul el, rá sem hederít szavaimra a sátán;
 csak simogatja tovább lány keze egyre nyakam.
 Kopj le! Segítségért kiabálok: Pindola nem hagy
 békén! Akkor tán abbahagyod, te gonosz!

De se ipso (130)

Qualiter crucior! Certe modo cunnus adesset,
 possem ter quinas continuare vices.

Önmagáról

Szörnyen kínlódom. Ha közelben jó pina volna,
 úgy belevernék most vagy tizenöt numerát!

Cunus Ursulae (294)

Blanda est lingua tibi, mollis caro, vultus honestus,
ante opus et nobis, Ursula, tota places.
Cum vero incubui, tam laxo mentula cunno
incidit, ut cunnum nec subiisse putet.
Non latus aut fundum sentit, velut aere nudo
palpitet, in liquidis vel spatietur aquis.
Sed vasto infelix late bacchatur hiatu.
Ac frustra in votum nititur aegre suum.
Nec vibrare nates, aut stringere brachia prodest,
alta nec in scapulas tollere crura iuavat.
Conatus pereunt, perit omnis sudor anheli
pectoris, et ruptis ilibus ossa dolent.
Dii tibi vel tollant quo digna videris amari,
vel tribuant, possis, Ursula, quo futui.

Ursula vulvája

Kedves a hangod, a húsod lágy, orcád se csunyácska:
tetszel a parti előtt, Ursula, nem tagadom.
Ám rád dőlve, a hímveszöm oly renyhe hüvelybe
hull bele; nem biztos abba se, hogy belement.
Oldalait se tapintja sem alját; mint aki puszta
légbe hadar vagy a víz lágy elemébe hatol.
Tombol anyátlan az irdatlan barlang üregében,
csak hajszolja hiún, s nem jut a célba soha.
Az se segít, ha farod rázod, két karral ölelsz át,
és derekamra fonod combjaidat szorosan.
Minden kárba megy itt: a verejték, mell lihegése;
megszakad ágyékom, fájnak a csontjaim is.
Vagy tőled vegye el, mi a vágyat kelti, az isten,
vagy mi beléd illik, Ursula, adja nekem!

De Lucia (167, 211, 212)

1) Cum sese nobis futuendam Lucia praebet,
dum fero sublatos ad mea colla pedes,
terribilem foedo misit de podice bombum,
qualiter aestiva fulmina nube crepant.
Territus avertor, digitis simul obstruo nasum.
Vena retenta cadit; cogit abire pudor.
Lucia, nulla tuo contingent gaudia cunno,
tam male moratus si tibi culus erit.

2) Immerito plane succenses, Lucia, nobis,
prodita sit tanquam res tua voce mea.
Prodita voce mea non est. Unde ergo loquuntur
vicini, et tota rumor in urbe sonat?
An, rogo, tu quenquam tam surdum existere credis,

qui non balistas audiat et tonitrus?

3) Lucia, vis futui: faciam, sed lege sub illa,
ut teneas culi murmura foeda tui.

Spondes: non equidem credo nisi pignora ponas,
sed nec sic credit mentula nostra tamen.

Luciáról

1) Lucia feltálalta magát, közöszólni velem, de
míg fölemelt lábát épp a nyakamba rakom,
szörnyű dőrejt zúgat ki a rút ülepéből, akárcsak
villám vetné szét nyáron a fellegeket.

Elfordulva fogom be az orrom réműletemben,
kedvem már lelohadt, visszavonulni muszáj.

Semmi öröm sem lesz mucusodból, Lucia, hogyha
illetlen lyukadat nem neveled meg előbb.

2) Nem szolgáltam rá, de haragszol, Lucia, mondván:
dolgaidd fünek-fának elárulom én.

– Ej, dehogy árulom el! – Akkor hogy tudja a szomszéd?
Már az egész várost körbeszaladta a hír!

– Oly bedugult fülűnek ne tekints senkit se, könyörgöm,
hogy bombázásra s mennyropogásra süket!

3) Lucia, megbaszlak, de csak úgy, ha lyukad nevetlen
dörgésére ügvelsz.. Esküdözöl, hogy igen.

Kötve hiszem, hogy igen, ha nem adsz rá zálogot egyben,
ám még akkor sem hisz neki kis fütyülóm.

Conqueritur de sua inopia (258)

Nec remanere queo, sed nec discedere possum,
talía iussa vocant, talía vincla tenent.

Pressus in angusto quid agam? Quae numina clamem?
Sunt, puto, sed miseris dura favere negant.

Te precor, affer opem, Mutinae placidissime praesul,
o decus! O musis, prime patrone, meis!

Non tamen aut Boreae pulsorum flabra cucullum,
aut mulae posco mollia terga tuae,
nec frenum aut sellam nec quicquam tale; quid ergo?
Debeo Guarino pauca; fide iubeas.

A saját nyomoráról

Nincs maradásom, s nem tudok eltávozni sem innen,
ott szólít hivatás, itt kötelék lenyűgöz.

Mit tegyek ily gondok közepett? Ki segít? Melyik isten?
Vannak tán, de miránk nem hederítenek ők.

Ó te, Modéna kegyes főpapja, segíts ki bajomból!
Nagy lélek, Múzsák támogatója ki vagy!

Nem Boreas hidegét üző hacukára vadászom,
s öszvéred sima, lágy háta se kell ma nekem,

sem zabolája se nyerge se más szerszáma. Mi kell hát?
Állj jól értem azért, mit Guarinus követel!

Ad libros suos (284)

Vos, Ovidi, Lucane, Maro, si forte potestis,
mutua praestetis bis mihi, quaeso, decem.
Cessatis? Iam vos sacco Iudaeus habebit,
qui servat magnae lintea iuncta viae.;
istic ignavi tineas et pascite mures.
Nil opus est vestris nunc mihi carminibus:
nunc mihi opus nummis; quarto vos mense videbo,
venerit interea si quid ab Hungaria.

Könyveihez

Vergilius, Názó, Lúkánosz, drága barátim,
rongyos hús aranyat dobjatok össze nekem!
Nem teszitek? Bizony úgy a zsidó zsákjába kerültök,
s őriz a főutcán, rejtve a ponyva alatt.
Molylárvák s egerek rágnak majd, semmirekellők.
Nincs szükségem most verseitekre: arany
kellene most, de nagyon! Négy hónap múlva kiváltlak;
megjön tán azalatt Hungariából a pénz.

In Iudaeum foeneratorem (285)

Lucanum et iuncto pariter Nasone, Maronem,
redde mihi, Iuda, seu mage tu Salamon.
Quid dubitas? Dedi ego olim tres tibi nempe libellos,
inspice si Iani cartula nomen habet.
Quis modus usurae? Sortem, inquis, foenus adequat;
si verum dicis, perfide, non redimo.
Hic pereant; tanti vix illos auctio vendet.
Insanit suamet pignora quisquis emit.

A zsidó uzoráshoz

Lukánoszt Názóval s Vergiliusszal ezennel
szolgáltasd, Júdás, vissza, avagy Salamon!
Mit vonakodsz? Három könyvet bíztam kezeidre;
Jánusz – a listádon nézz csak utána – nevem.
Ily uzorát! A kamat, mondod, hogy eléri a tőkét?
Hogyha ez így igaz, én nem veszem át, te csaló!
Vesszenek itt! Ennyit nem kapsz, ha elárverezed sem.
Megvegyem azt, mi enyém? Oly hülye mégse vagyok!

De leonibus per Florentinos missis (286, 287, 288)

- 1) Non tibi Matthiá, rex invictissime, frustra
 gens Massyléum misit Hetrusca pecus.
 Multarum fecit par convenientia rerum,
 haec merito possent ut tibi dona dari.
 Tu princeps hominum, princeps leo nempe ferarum,
 nobilis ille iuba, pulcher es ipse coma.
 Unguibus ille ferox, gladio tu fortis et hasta,
 parcere tu victis, parcere et ille solet.
 Quid, quod idem ducibus clarum est insigne Boemis?
 Grande novi sceptri scilicet omen habes.
- 2) Iunge, licet, sacros, iunge ad tua frena leones,
 hoc tibi, Matthiá, dat Cybele ipsa decus.
 Seu te per terras vectari forte iuvábit,
 non cadet illorum sub pede laesa seges;
 sive voles pelago, Neptuni currere ritu,
 planta levis summa non madefiet aqua.
 Tu tamen in caelum potius, sed serus, abito!
 Novere has etiam talia monstra vias.
- 3) Nil est magnorum, Matthiá, maxime regum,
 quod iam dite petas amplius e Latio.
 Tota tibi in varios Oenotria certat honores,
 qaelibet et proprias ora ministrat opes:
 aurum Roma parens, Veneti sua serica mittunt,
 praebet cornipedes Apulus, arma Ligur.
 Contulerat nullum Florentia sola tributum,
 quae nunc Marmaricas obtulit, ecce, feras.
 Dignum te, nostro, vectígal et illa pependit,
 iudicio; fortem fortia dona decent.

Mátyás király oroszlánjairól

- 1) Nem csoda, Matthiász, teneked Toscána miért hogy
 éppen oroszlánt küld, nagydiadalmu király.
 Számptalan egybeesés játszott itt közre, hogy okkal
 s méltán juthasson néked e megbecsülés.
 Népeknek fejedelme vagy – állatoké az oroszlán;
 őt díszíti sörény – téged a hajkoronád;
 karma a fegyvere néki – neked meg a kard meg a lándzsa;
 és a legyőzöttön megkönyörül szívetek.
 Nézd az oroszlánt ott a csehek felségcímerében:
 jósjelként, hogy vár új jogar, új korona..
- 2) Szent fenevadjaidat, Matthiász, fogd be a hámba;
 mert neked engedí át ezt a jogát Kübelé.
 Hogyha a szárazföldön hajtasz díszfogatoddal,
 meg sem dől a vetés tollpuha talpuk alatt.
 Hogyha pedig Neptúnusként szállsz tengerek útján,
 meg sem nedvesedik lábuk a habtarajon.
 Ám te az Ég fele törj – de minél később! E vadaknak
 az se szokatlan már: ismerik ott az utat.

3) Nincs már kérnivalód, Matthiász, nagy fejedelmek
 elseje: dús Latium kincsei lábád előtt.
 Versenyt hódol Itália minden partja, elédbe
 hordva, mi benne terem, változatos javait.
 Róma atyánk aranyát, selymét kínálja Velence,
 marháját az apúl, fegyvereket a ligúr.
 Csak maga késlekedett, az adót nem hozva: Firenze;
 ezt teszi jóvá most Afrika vadjaival.
 Én ez ajándokot is hozzád méltónak ítélem:
 nincs adomány illőbb, mint az erősnek erős.

Ad Matthiam regem (291)

Quae te ultra tellus, quae gens feret, inclite regum?
 Quis non auditas procidet ante tubas?
 Quandoquidem saevi tibi iam cessere Bohemi,
 haud unquam externum natio passa iugum.
 Si venit insignis de quolibet hoste triumphos,
 hactenus invicto qualis ab hoste venit?

Mátyás királyhoz, Csehország meghódítójához (1468)

Mely föld, mely nép hordja igádat még, te, királyok
 éke? Ki nem hódol harsonaszódra, dicső?
 Mínthogy már a vitéz csehek is hódolnak előttd,
 bár soha ellenség járma nem ült nyakukon.
 Győzni akárki fölött hírnév, de legyőzni, ki jármot
 nem hordott soha még: az csak a nagy diadal!

Abiens valere iubet sanctos reges Waradini

Omnis sub nive dum latet profunda
 tellus, et foliis modo superbum
 canae dum nemus ingravant pruinae,
 pulchrum linquere Chrysium iubemur,
 ac longe dominum volare ad Istrum.
 Quam primum, o comites, viam voremus.
 Non nos flumina nec tenent paludes,
 totis stat gelidum gelu lacunis.
 Qua nuper timidam subegit alnum,
 nunc audax pede contumelioso
 insultat rigidis colonus undis.
 Quam primum, o comites, viam voremus.
 Non tam gurgite molliter secundo
 lembus remigio fugit volucris,
 nec quando Zephyrus levi suburgens

crispum flamine purpuravit aequor,
 quam manni rapiunt traham volantem.
 Quam primum, o comites, viam voremus.

Ergo vos calidi valete fontes,
 quos non sulfurei gravant odores,
 sed mixtum nitidis alumen undis
 visum luminibus salubriorem
 offensa sine narium ministrat.

Quam primum, o comites, viam voremus.

Ac tu, bibliotheca, iam valetō,
 tot claris veterum referta libris,
 quam Phoebus Patara colit relictā,
 nec plus Castalios amant recessus,
 vatū numina, Mnemonis puellae.

Quam primum, o comites, viam voremus.

Aurati pariter valete reges,
 quos nec sacrilegus perusit ignis,
 dirae nec tetigit fragor ruinae,
 flammis cum dominantibus per arcem,
 obscura latuit polus favilla.

Quam primum, o comites, viam voremus.

At tu, qui rutilus eques sub armis,
 dextra belligeram levas securim,
 cuius splendida marmorum columnis
 sudarunt liquidum sepulcra nectar,
 nostrum rite favens iter secunda.

Quam primum, o comites, viam voremus.

Indulóban búcsút mond Várad szent királyainak

Mély hó leple borítja már a földet,
 és a lombozatára büszke berket
 szürkés zúzmara lomha terhe nyomja.
 Elszólít a parancs a szép Köröstől
 messze földön uralkodó Dunához.
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim!

Nem tart vissza folyó, mocsár se minket;
 minden tó befagyott rideg-keményre,
 s hol nemrég inogó ladikkal járt a
 pór, most elbizakodva, hetyke lábbal
 ugrik rá a fagyos-merev habokra.
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim.
 Oly simán soha sajka nem repülhet,
 bármily könnyű lapát vagy ár segítse,
 míg fodrozza a víz színét s pirosra
 változtatja az esti szél fuvalma,
 mint táltos lovaink e szánt röpitik.
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim!

Most hát ég veletek, forró kutak, kik
 nem bűzöltök a légbé kénszagokkal,
 s kristályhadjaitokba sót vegyítve


szolgáljátok a szem javát, anélkül,
 hogy szaglóidegünket bánthanátok..
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim!
 Válok, bibliotéka, tőled, annyi
 híres régi remeknek otthonától,
 hol megszállt, Patarát elhagyva, Phoebus,
 s nem Kasztália kedvelői már a
 múzsák sem, kik a dalnokot segítik..
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim.
 Búcsút mondok, arany királyi szobrok,
 néktek is, kiket el nem égetett a
 várban elszabadult istentelen tűz,
 mely a fényes eget koromba vont,
 s nem tört össze a kőfalak ledölte...
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim.
 Téged is, csatabárdot jobb kezedben
 tartó rótszínű érclovag, köszöntlek,
 márványoszlopú fényes kősírodban
 kit nektár-verítékben úszva lelték..
 Oltalmazt kegyesen, te légy kísérőnk!
 Rójuk hát mielőbb utunk, barátim!

Epitaphium Jani Pannonii

Hic situs est Janus, patrium qui primus ad Istrum
 duxit laurigeras ex Helicone deas.
 Hunc tantum titulum, Livor, permittite sepulto:
 invidiae non est in monumenta locus.

Janus Pannonius sírfelirata

Itt nyugszik Jánusz, Duna-menti honába ki hozta
 elsőként Helikon lombkoszorús szüzeit.
 Ebbeli érdemeit ne vitasd el a holtnak, Irigység;
 gyűlölségnek a sír már a határa legyen!



Tóth Kati grafikája